

PROPRIO DE LA MISA SAN PABLO DE LA CRUZ

Confesor

28 de Abril - Fiesta clase 3.^a - Blanco

Galatas 2.19-20; Salmo 40.2

CHRISTO confixus sum cruci: vivo autem, jam non ego: vivit vero in me Christus: in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me, et trádedit semetípsum pro me, allelúia, allelúia. *Ps.* Beátus qui intélligit super egénium et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus. *V.* Gloria Patri.

DÓMINE Jesu Christe, qui ad mystérium crucis prædicándum, sanctum Paulum singuláři caritaté donásti, et per eum novam in Ecclésia familiam floréscere voluísti: ipsíus nobis intercessióne concéde; ut passiónem tuam júgiter recoléntes in terris, ejúsdem fructum cónsequi mereámur in cœlis. Qui vivis et regnas.

1 Corintios 1.17-25

FRATRES: Non misit me Christus baptizáre sed evangelizáre: non in sapiéntia verbi, ut non evacuétur crux Christi. Verbum enim crucis peréuntibus quidem stultítia est: its autem, qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est. Scriptum est enim: Perdam sapiéntiam sapiéntium et prudéntiam prudéntium reprobábo. Ubi sápiens? ubi scriba? ubi conquisítor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapiéntiam hujus mundi? Nam quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum: plácuít Deo per

INTROITO

Clavado estoy con Cristo en la cruz; vivo yo, mas no yo, sino que es Cristo quien vive en mi; vivo en la fe del Hijo de Dios, que me amó y se entregó por mí, aleluya, aleluya. Salmo. Dichoso el que atiende al necesitado y al pobre; en el día de la desgracia le librárá el Señor. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Señor Jesucristo!, que has infundido en san Pablo un amor sin igual para predicar el misterio de la cruz, y que por él has querido floreciese en la Iglesia una nueva familia religiosa; concédenos por su intercesión que, recordando constantemente tu Pasión en la tierra, merezcamos conseguir su fruto en el cielo. Tú que vives y reinas con Dios Padre.

EPÍSTOLA

Hermanos: No me envié Cristo a bautizar, sino a anunciar el Evangelio; y esto, no con la sabiduría del lenguaje, para que no se desvirtúe la cruz de Cristo. El lenguaje de la cruz es, en efecto, necedad para los que perecen; mas, para los que se salvan, esto es, para nosotros, es el poder de Dios. Porque escrito esta: Destruiré la sabiduría de los sabios y anularé la inteligencia de los inteligentes. ¿Dónde esta el sabio? ¿Dónde el culto? ¿Dónde el disputador de este mundo? ¿No atontó Dios la sabiduría de este mundo? Porque, ya que el mundo, con su sabiduría, no ha reconocido a Dios en la sabiduría de Dios, plugo a Dios salvar a los creyentes por

stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Quóniam et Judæi signa petunt, et Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scándalum, gèntibus autem stultitiam, ipsis autem vocátis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: et quod infirmum est Dei, fórtius est hominibus.

2 Corintios 5.15: Romanos 8.17

ALLELÚIA, allelúia. V. Pro ómnibus mórtuus est Christus: ut, et qui vivunt jam non sibi vivant sed ei, qui pro ipsis mórtuus est, et resurrexit. Allelúia. Si filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compátimur, ut et conglorificémur. Allelúia.

Lucas 10.1-9

IN illo tẽpore: Designávit Dóminus et álios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciẽm suam in omnem civitatẽm et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicẽbat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos, inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceamẽta, et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui; et si ibi fúerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte edentes, et bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transire de domo in domum. Et in quamcúmque civitatẽm intravéritis, et suscepérint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

la locura del mensaje. Y así los judíos piden milagros y los griegos buscan ciencia. Mas nosotros predicamos a Cristo crucificado, escándalo para los judíos y locura para los gentiles, mas para los llamados, judíos y griegos es Cristo fortaleza de Dios y sabiduría de Dios. Puesto que la locura de Dios es más sabia que los hombres y la debilidad de Dios es más fuerte que los hombres.

ALELUYA PASCUAL

Aleluya, aleluya. V̄. Por todos murió Cristo; para que los que viven, ya no vivan para sí, sino para aquél que por ellos murió y resucitó. Aleluya. V̄. Hijos, luego herederos: herederos de Dios y coherederos de Cristo, si es que con él padecemos para ser con él glorificados. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo : Designó también el Señor a otros setenta y dos discipulos y envió dos a dos delante de sí a todas las ciudades y localidades a donde él habla de ir. Y les decía: La mies es abundante, y los obreros, pocos; rogad, pues, al Señor de la mies que mande obreros a su mies. Id, mirad que os envío como corderos en medio de los labos. No llevéis boisa, ni alforja, ni zapatos, ni saludéis a nadie en el camino. En cualquier casa en que entréis, decid primero : « Paz a esta casa »; y si allí hubiere un hijo de la paz, sobre él reposará la paz vuestra; si no, a vosotros se tomará. Quedaos en la misma casa, comiendo y bebiendo lo que allí hubiere, porque el obrero tiene derecho a su salario. No andéis de casa en casa. Yen cualquier ciudad donde entréis y os reciban, comed lo que os pusieren, y curad los enfermos que en ella hubiere, y decid a las gentes: el rein de Dios está cerca de vosotros.

Efesios 5.2

AMBULÁTE in dilectiõne, sicut et Christus diléxit nos, et trádidit semetípsum pro nobis oblatiõnem, et hóstiam Deo in odórem suavitatís. Allelúia.

CÆLÉSTEM nobis, Dómine, præbeant mystéria hæc passiõis et mortis tuæ fervórem: quo sanctus Paulus, ea offeréndo, corpus suum hóstiam vivéntem, sanctam, tibi que placéntem exhibuit: Qui vivis et regnas.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre: Te quidem, Dómine, omni tẽpore, sed in hoc potíssimum gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militía cælestis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicénte:

1 Pedro 4.13

COMMUNICANTES Christi passiõibus gaudéte, ut in revelatiõne, glóriæ, ejus gaudéatis exsultánte. Allelúia.

SÚMPSIMUS, Dómine, divinum sacraméntum, imménsæ caritatís tuæ memoriále perpétuum: tríbue, quæsumus; ut sancti Pauli méritis, et imitatiõne, aquam de fõntibus tuis hauriámus in vitam ætérnam saliéntem, et tuam sacratissimam passiõnem córdibus nostris imprésam móribus et vita teneámus: Qui vivis et regnas.

OFERTORIO

Vivid en el amor, a ejemplo de Cristo, que nos ha amado y se ha entregado por nosotros, ofreciéndose a Dios como sacrificio de agradable olor. Aleluya.

SECRETA

Comuniquemos, Señor, estos misterios de tu Pasión y muerte, aquel fervor celestial con que san Pablo los ofrecía, haciendo de su cuerpo una víctima viva, santa y digna de tu agrado. Tú que vives y reinas.

PREFACIO DE PASCUA

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo, Señor, to alabemos; pero con mas gloria que nunca en este dia (en este tiempo), en que se ha inmolado Cristo, nuestra Pascua. El cual es el verdadero Cordero que quito los pecados del mundo y que, muriendo, destruyo nuestra muerte, y, resucitando, reparo nuestra vida. Por eso, con los Angeles y los Arcangeles, con los Tronos y las Dominaciones, y con coda la milicia del ejercito celestial, cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

COMUNIÓN

Alegraos de la parte que tenéis en los sufrimientos de Cristo, para que cuando se manifieste su gloria, gocéis también con él llenos de júbilo, aleluya.

POSCOMUNIÓN

Hemos recibido, Señor, el divino sacramento, memorial perpetuo de tu inmensa caridad; danos, por los méritos y a imitación de san Pablo, sacar de tus fuentes el agua que mana para la vida eterna, y tener impresa en nuestros corazones tu Pasión sacratísima, mostrándola en nuestras costumbres y vida. Tú que vives y reinas con Dios Padre.